



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum angeli sint creati ante mundum visibilem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

3: c. 8. Ma
zimin. c. 7.
& 8. a. med.
& c. 23. to. 6.

Ad xxij. dicendum, q. ratione illa utitur Augu. ad probandum coaeternitatem, & coequalitatem filij ad patrem, quae tamen ratio non est efficax de modo, quia cum natura filij sit eadem cum patre, requirit aeternitatem, & aequalitatem patris, quae si sibi subtraheretur inuidia esset. Non autem hoc requirit natura creaturae, & ideo non est simile.

Ad xxij. dicendum, q. fm Gracos dicitur, Dns regnavit in saeculum saeculi, & adhuc, quod exponens Origen. in gl. dicit, q. saeculum intelligitur spacium unius generationis, cuius finis notus enobis, per saeculum saeculi immensum spacium teporis, qd finem het, tn nobis ignotum: sed adhuc ultra illud, regnum Dei extenditur. Et sic aeternum exponitur pro tempore diuturno. Ansel. autem in prologio exponit aeternum pro quo qd nuqua sine habet: & tn ultra illud Deus esse dicitur pp hoc. Primo, quia aeterna pnt intelligi non esse. Secundo, quia non essent, nisi a Deo continerentur. & sic de se non sunt. Tertio, quia non habent totum esse suu simul, cu in eis sit aliqua mutationis successio.

Ad xxij. dicendum, q. pro tanto oportet illud qd incipit hrc mensuram durationis, quia incipit per nsotum. Sic aut tps non incipit p creationem. vnde ratio non sequitur: & tamen potest dici, q. d ois mensura in suo genere seipsa mensuratur, sicut linea per lineam, & similiter tempus per tempus.

Ad xxv. dicendum, q. tps non se het sicut pmanentia, quoru substantia est tota simul. vnde non oportet, q. totum tps sit qn incipit esse. Et sic nihil prohibet dicere, quod tempus incipit in instanti esse.

Ad xxvj. dicendum, q. actio Dei est aeterna, sed esse eius no est aeternum, vt supra dictu est. vnde licet Deo no semper fuerit ca, cu no semper fuerit effectus, no tn sequitur, q. fuerit causa in potentia, qa actio eius semper fuit, nisi potetia ad effectum referatur.

Ad xxvij. dicendum, quod fm Philosophum in sexto Metaphysicae, verum est in mente, non in rebus, est enim adaequatio intellectus ad res. vnde omnia, quae fuerunt ab aeterno, fuerunt uera per ueritatem intellectus diuini, quae est aeterna.

Ad xxviii. dicendum, q. oia illa, quae ab aeterno dicuntur esse uera, non sunt alia, & alia ueritate uera, sed una, & eadem diuini intellectus ueritate, ad diuersas tamen res in proprio esse futuras relata, & sic ex diuersa relatione potest aliqua distinctio in illa ueritate designari.

Ad xxix. dicendum, q. uerbum etiam Philosophi intelligit de oratione existere in nostro intellectu, uel in nostra pronuciacione, ueritas. n. nostri intellectus uel uerbi, ab existentia rei causatur. Sed eouerso, ueritas diuini intellectus est causa rerum.

Ad xxx. dicendum, q. ex parte ipsius Dei, facere no importat aliquid quod sit aliud q suum dicere, non enim actio Dei est accidens, sed eius substantia: sed facere importat effectum actualiter existentem in propria natura, quod per dicere non importatur.

ARGUMENTA uero quae obijciuntur in contrarium, licet uerum concludant, non tamen necessario praeter primum, quod ex autoritate procedit. Argumentu enim perspicacitatis secundum teporis cursu, non ostendit tepus quandoque incepisse. Potuit enim esse, quod scienciarum studia pluries fuerint intermissa, & postmodum post longa tepora quasi de nouo incepta, ut Philosophus etiam dicit in undecimo Metaph. Terra etiam no ita per illuionem ex una parte consumitur, quin etia per

mutuam elementorum conuersionem ex parte alia augmentetur: duratio etiam Dei, licet sit idem quod eius natura secundum rem, tamen differt ratione. vnde non oportet quod sit prior duratione, si est prior natura.

ARTICVLVS XVIII.

Utrum angeli sint creati ante mundum uisibilem.

DECIMOCTAuo quaeritur, utrum angeli sint creati ante mundum uisibilem. Et uidetur, quod sic, quia (vt Damascenus refert in secundo libro) Gregorius Nazianzenus dicit, quod Deus primum excogitauit angelicas uirtutes & celestes, & excogitatio fuit opus eius. ergo prius fecit angelos quam mundum uisibilem conderet. Sed dicendum quod ly primum dicit ordinem nature, non durationis.

¶ 2 SED CONTRA, Damascenus ibidem ponit super hoc duas opiniones, quarum una ponit angelos primum fuisse creatos, alia uero dicit cotrariu, sed nulla umquam opinio posuit, quin angeli natura priores essent uisibilibus creaturis. ergo oportet quod intelligatur de ordine durationis.

¶ 3 Præt. Basilius dicit in principio hexameron, Erat quaedam natura ante hunc mundum intellectu nostro contemplabilis, quod postmodum exponit de angelis. ergo uidetur quod ante hunc mundum angeli sint creati.

¶ 4 Præt. Ea quae cum mundo uisibili facta sunt, scriptura in principio Genesis psequitur. Sed de angelis nullam facit mentionem. ergo uidetur q. angeli non fuerunt creati cum mundo: sed ante mundum.

¶ 5 Præt. Illud quod ordinatur ad perfectionem alius cuius sicut ad finem, est eo posterius. Sed mundus uisibilis ordinatur ad perfectionem intellectualis nature: quia vt Ambrosius dicit, Deus qui natura inuisibilis est, opus uisibile fecit per quod cognosci posset. Et non nisi a rationali creatura. ergo rationalis creatura facta est ante mundum uisibilem.

¶ 6 Præt. Quicquid est ante tepus, est ante mundum uisibilem, quia tempus cum mundo uisibili incepit. Sed angeli creati sunt ante tempus. Non enim fuit tempus ante diem. Angeli autem creati sunt ante diem, vt Augustinus dicit in primo super Gen. ad litteram. ergo angeli creati sunt ante mundum uisibilem.

¶ 7 Præt. Hieronymus dicit super epistolam ad Titum, Sex milia necdum nostri temporis implentur annorum, & quantas prius aeternitates, quanta tempora fuisse arbitrandum est, in quibus angeli Deo seruierunt, & eo iubente substituerunt: Sed mundus uisibilis cum nostro tempore incepit. ergo angeli ante mundum uisibilem fuerunt.

¶ 8 Præt. Sapiens est ordinate suum effectum producere. Sed angeli praecedunt nobilitatem creaturarum uisibilium. ergo a sapientissimo artifice Deo primo debuerunt produci in esse.

¶ 9 Præt. Deus in quantum bonus est, suae bonitatis alios participes facit. Sed huius dignitatis capaces erant angeli, quod creaturam uisibilem duratione praecederent. ergo uidetur hoc eis per summam Dei bonitatem collatum.

¶ 10 Præt. Homo dicitur minor mundus, quia maioris mundi similitudinem gerit: sed in homine pars eius nobilior ante alias partes formatur, scilicet cor, ut Philosophus dicit. ergo uidetur quod angeli, qui sunt nobilior pars maioris mundi, ante uisibiles creaturas sint conditi.

¶ 11 Præt. Vt Augu. dicit in secundo libro super Gen.

Ad argu. 8.
& 11.

Lib. 4. com.
8. to. 3.

Lib. 1. c. 7. & 8. tom. 3.

Gene. ad literam in opere secundae diei, & deinceps tripliciter scriptura, rerum factionem commemorat. Dicit. n. primo, dixit Deus, fiat firmamentum. Secundo, & factum est ita. Tertio vero fecit Deus firmamentum. Quorum primum refert ad esse rerum in verbo, secundum ad esse rerum in cognitione angelica, putantur accipiunt cognitione creaturae factae: tertium vero ad esse creaturae in propria natura. Sed quando creatura visibilis erat fienda, nondum erat. ergo angeli fuerunt & habuerunt cognitionem naturae visibilis antequam esset. Sed dicendum quod hic intelligitur de factione creaturae quantum ad eius formationem, non quantum ad primam creationem.

Lib. 1. super gen. ad lit. c. 15. tom. 3.

¶ 12 SED CONTRA secundum opinionem Aug. creatio naturae visibilis non praecedit tempore eiusdem formationem. Si ergo angelus fuit ante formationem creaturae visibilis, fuit & ante eius creationem. ¶ 13 Præter. Dicere Dei est causa creaturae fiendae quod non potest esse intelligi de aeterna verbi genitura, quia illa ab aeterno fuit, nec per vices temporum repetitur: cum tamen in singulis diebus scriptura repetat Deum aliquid dixisse. Nec est potest intelligi de locutione corporali, tum quia nondum erat homo qui vocem Dei loquentis audiret, tum est quia oportuisset ante lucis formationem aliquid aliud corporeum formatum fuisse, cum vox corporalis non fiat nisi per aliquis corporis formationem. ergo visum quod intelligatur de spiritali locutione, qua Deus ad angelos loquitur. Et sic visum quod angelorum cognitio praesupponatur causa ad creaturarum visibilium productionem.

ib. c. 5. Eccl. hier. p. 1. in studio de factis ordi p. c. 2. tom. 3.

¶ 14 Præter. Ut supra dictum est: sacra scriptura tripliciter actionem rerum commemorat, quorum primum pertinet ad esse rerum in verbo: secundum ad esse rerum in cognitione angelica: tertium in propria natura. Sed primum horum praecedit secundum & durationem & causa. ergo similiter secundum praecedit tertium durationem & causa, scilicet cognitio angelica existentia visibilis creaturae.

ib. 12. de lin. a mcd. lius.

¶ 15 Præter. Non minus requiritur ordo in exitu rerum a principio, quam in reductione earum in finem: sed in reductione res in finem, haec est lex diuinitatis statuta, ut Dion. dicit quod vltima reducantur in finem per media. ergo similiter creaturae corporales quae sunt infime praecedunt a Deo per angelicas creaturas quae sunt mediae. Et sic angelici corporales creaturas praecedunt, sicut causa effectum.

ib. 11. c. 9. tom. 5.

¶ 16 Præter. Eis quae sunt omnino disparata non competit associatio, sed angeli & creaturae visibiles sunt omnino disparata. ergo non sunt associati in creatione, ut simul fierent. Inordinatum etiam esset quod angeli post creaturas visibiles fierent. ergo ante creaturas visibiles sunt conditi.

¶ 17 Præter. Eccl. i. dicitur primo omnium creata est sapientia, quod non potest intelligi de filio Dei qui est patris sapientia: cum ipse non sit creatus sed genitus. ergo sapientia angelica quae est creatura, est ante omnia alia facta. ¶ 18 Præter. Hilari? dicit in lib. de Trin. Quid mirum sit Deum nostrum Iesum Christum ante secula fuisse confiteamur, cum est Deus angelos fecerit ante mundum? Sed Dei filius non solum ordine dignitatis, sed et durationis omnia secula praecessit. ergo & angeli mundum visibiles.

¶ 19 Præter. Creatura angelica media est inter naturam diuinam & corpoream: aequum etiam quod est angeli mensura, medium est inter aeternitatem & tempus. Sed Deus sua aeternitate fuit ante angelos & visibilem creaturam. ergo & angeli suo aetate fuerunt ante mundum visibilem.

¶ 20 Præter. Aug. dicit in 1. de ciui. Dei, quod angeli spiritus fuerunt. Sed non potest dici quod creatura corporalis semper

A fuerit. ergo angeli fuerunt ante corpoream creaturam.

¶ 21 Præter. Motus creaturae corporeae peraguntur per ministerium spiritualis creaturae, ut patet per Aug. in 1. de Trin. & per Greg. in 4. dialogorum: sed motor praecedit mobile. ergo angeli fuerunt ante visibiles creaturas.

¶ 22 Præter. Dionysius assimilat actionem diuinam in res, actioni ignis in corpora quae ab igne patiuntur. Sed ignis prius agit in corpora propinqua quam in remota. ergo & diuina bonitas primo produxit creaturas angelicas sibi propinquas, quam creaturas corporeas magis ab eo distantes, & sic angeli ante mundum fuerunt.

¶ SED CONTRA, est quod dicitur in principio Gene. In principio creauit Deus caelum & terram: ubi glossa Augustini dicit, quod per caelum intelligitur natura angelica, per terram vero natura corporalis. ergo angeli simul cum natura corporali fuerunt facti.

¶ 2 Præter. Glossa Strabonis ibidem dicit, quod per caelum ibi intelligitur caelum empyreum, quod mox factum sanctis angelis est repletum. ergo angeli simul fuerunt facti cum caelo empyreo, quod est visibilis creatura.

¶ 3 Præter. Homo minor mundus dicitur, quia habet similitudinem maioris mundi, sed in homine simul fit corpus & anima. ergo & in mundo maiori simul fit angelica, & corporalis creatura.

RESPON. Dicendum, quod in hoc omnes catholici Doctores consenserunt, quod angeli non semper fuerunt, utpote de nihilo in esse producti. Quidam tamen posuerunt angelos non simul cum mundo visibiles, sed ante mundum visibiles incepisse. Ad hoc autem ponendum diuersis rationibus sunt moti. Quidam namque estimauerunt creaturas corporeas non esse productas ex prima Dei intentione, sed occasione eas producendi ex merito uel demerito spiritualis creaturae Deum habuisse dixerunt. Posuit. n. Origenes a principio simul creatas esse omnes creaturas immateriales & rationales, & eas fuisse aequales, diuina iustitia hoc exigente. Non. n. visum quod inaequalitas possit esse in datis, iustitia seruata, nisi pro merito uel demerito diuersitate. Unde diuersitate creaturarum (quam uidemus) praecessisse posuit meriti & demeriti diuersitatem, ut secundum quod spiritualium creaturarum quodam magis Deo adhaeruerunt, in altiores ordines angelorum sunt promotae: quod vero magis peccauerunt grossioribus & ignobilioribus corporibus. sint alligatae, quasi ipsa meritorum diuersitas exegerit diuersos gradus corporum a Deo produci. Hanc autem positionem Aug. reprobatur in 11. de ciui. Dei. Causam. n. creaturarum condendarum, tam spiritualium quam corporaliu constat nihil aliud esse quam Dei bonitatem, in quantum creaturae suae sua bonitate creatae bonitatem increatae secundum suum modum representant. Propter quod in princ. Gene. scriptura dicit de singulis Dei operibus. & postmodum de omnibus simul: Vidit Deus cuncta quae fecerat, & erant valde bona, quasi diceret, quod ad hoc Deus creaturas condidit, quod bonitatem haberent. Secundum autem opinionem praedictam non ad hoc condita fuissent creaturae corporales, quia bonum esset eas esse, sed ut malitia spiritualis creaturae puniretur. Sequeret etiam quod ordo uniuersi, quem nunc uidemus, a casu existeret, in quantum accidit, quod diuersae rationales creaturae diuersimode peccauerunt. Si. n. omnes peccassent aequaliter, nulla diuersitas naturarum in corporibus esset secundum eos.

D. 416.

¶ Vnde hac positione remota, alii ex consideratione naturae spiritualium substantiarum, quae est dignior omni natura corporali, posuerunt spirituales substantias ante corporales conditas esse: ut sicut natura spiritualis creata, media est ordine naturae inter Deum, & creaturam corporalem.

Lib. 11. cap. 23. tom. 5.

¶ 2 Præter. Vidit Deus cuncta quae fecerat, & erant valde bona, quasi diceret, quod ad hoc Deus creaturas condidit, quod bonitatem haberent. Secundum autem opinionem praedictam non ad hoc condita fuissent creaturae corporales, quia bonum esset eas esse, sed ut malitia spiritualis creaturae puniretur. Sequeret etiam quod ordo uniuersi, quem nunc uidemus, a casu existeret, in quantum accidit, quod diuersae rationales creaturae diuersimode peccauerunt. Si. n. omnes peccassent aequaliter, nulla diuersitas naturarum in corporibus esset secundum eos.

¶ Vnde hac positione remota, alii ex consideratione naturae spiritualium substantiarum, quae est dignior omni natura corporali, posuerunt spirituales substantias ante corporales conditas esse: ut sicut natura spiritualis creata, media est ordine naturae inter Deum, & creaturam corporalem.

lem, ita et sit media duratione. Hæc aut opinio cum fuerit magnorum Doctorum, s. Basilij, Greg. Nazianzeni, & quorundam aliorum, non est tamquam erronea reprobanda. Sed si diligenter consideretur, alia opinio, quæ est Aug. & aliorum Doctorum, quæ etiam modo cõiter tenetur, rationabilior inuenitur. Angeli enim non solum sunt considerandi absolute, sed et in quantum sunt pars vniuersi. Et hæc consideratio eorum intantum est magis attendenda, in quantum bonum vniuersi præeminet bono cuiuslibet creaturæ particularis. sicut bonum totius præminet bono partis. Secundum autem quod consideratur angeli ut partes vniuersi, competit eis, quod simul cum creatura corporali sint conditi. Vnius. n. totius una vñ esse pductio. Si aut seorsum essent angeli creati, viderentur oïno alienab ordine creaturæ corporalis quasi aliud vniuersum per se constituentes. Vñ dicendum est, quod Angeli simul cum creatura corporali sunt conditi: in fine alterius opinionis iudicio.

D. 113.

ET PER HOC patet responsio ad tria prima, quia procedunt secundum mediam opinionem.

Hom. 1. all. quantum aut med.

AD QVARTVM dicendum, quod sicut Basilij dicit in primo exam. Moyses legislator in princ. Genes. exordij visibilis creaturæ incepit exponere ptermissa creatura spirituali, quæ ante fuerat condita. De qua mentionem non fecit, quia rudi populo loquebatur, qui ad spiritualia capienda idoneus non erat. Secundum August. vero creaturam spirituales per celum intelligit, sicut per terram creaturam corporalem, cum dicit, In principio creauit Deus celum & terram. Quare autem sub metaphora celi & non expresse creationem angelorum tradidit, potest eadem ratio assignari, quæ & supra, s. ex populi ruditate, & iterum ad uitandam idolatriam, in quam proni erant. Ad quam daretur eis occasio si plures substantiæ spirituales ponerentur præter unum Deum, quæ essent celo nobiliores, & precipue cum huiusmodi substantiæ agentibus Dii dicerent. Secundum vero Strabonem, & alios priores, per celum, quod in auctoritate inducta ponitur, intelligitur celum empyreum quod est habitaculum sanctorum angelorum per metonymiam: sicut quæ ponit continens pro contento.

In l. 6. q. 6. 21. to. 6.

lib. 2. 8.

lib. 1. cap. 5. tom. 3.

AD QVINTVM dicendum, quod sicut dicit August. 4. super Genesim ad literam, Angeli non cognoscunt Deum ex visibilib. creaturis. vnde creaturæ visibiles non sunt facte, ut Deum ostenderent angelis, sed rationali creaturæ: quæ est homo. vnde ex hoc probatur homo esse finis creaturarum. Finis autem, licet sit primus in intentione, est tamen ultimus in operatione. vnde & homo ultimo factus fuit.

lib. 1. sup. Genesim. ca. 5. to. 3.

AD QVINTVM dicendum, quod secundum Augustinum creatio celi & terræ non præcessit duratione lucis formationem, seu productionem. Et ideo non intelligit quod creatio spiritualis naturæ fuerit ante primum diem duratione, sed quodam naturæ ordine, quia substantia spiritualis & materia informis secundum suam essentiam considerata, alternationibus temporum non subiacent. vnde per hoc etiam haberi non potest quod creatura spiritualis sit facta ante corporalem, quia etiam ante lucis factioem agitur de creatione creaturæ corporalis, quæ per terram intelligitur. Sed in uero alios, creatio celi & terræ ad primum diem pertinet, quæ cum celo & terra creatum est tps: licet distinctio temporum quantum ad diem & noctem inceperit per lucem. vnde tempus ponitur vnum de quatuor primo creatis, quæ sunt, natura angelica, celum empyreum, materia informis, & tps.

AD SEPTIMUM dicendum, quod Hiero. loquitur secundum opinionem antiquorum Doctorum.

AD OCTAVVM dicendum, quod ratio illa pcederet, si vnaquæque creatura pduceret, ut existens per se absolute. Sic. n. pueniens esset ut vnaquæque separatim crearetur, sicut gradus suæ bonitatis. Sed quia omnes creaturæ pducuntur, ut partes vniuersi vniuersi, conueniens, est ut omnes simul producantur ad vnum vniuersum constituendum.

AD NONVM dicendum, quod licet ad aliquam dignitatem creaturæ spirituales pertinere si ante creaturam visibilem esset creata: non tamen competere dignitati & vnitati vniuersi.

AD X. dicendum, quod licet cor ante alia membra formetur, tamen totius corporis aialis est vna continua generatio, non quod seorsum vna generatione formetur cor, & postmodum successiue alijs generationibus alia membra aliquibus temporibus interiectis. Hoc autem non potest dici in creatione angelorum & corporali creaturæ, quod una pductione sint condita, s. spiritualis creatura ante corporalem, quasi continue vniuersum sit pductum: pducere. n. successiue est in pducendis his quæ ex materia pducuntur, in qua est una pars vicinior completio quæ alia. vnde in prima rerum creatione successiue locum non habet, & si in formatione rerum ex materia creata possit locum habere. vnde & doctores qui posuerunt angelos ante mundum creatos, posuerunt oïno distinctam creationem angelorum & corporum. & multam durationem mediam interuenisse. Et præter necessesse est in aialis prius formari, quia virtus cordis operatur ad formationem aliorum membrorum. Creatura autem spiritualis non operatur ad creationem corporali creaturæ, quod solius Dei sit creare. Vnde & commentator in vñdecimo Metaphy. imponit Platoni quod dixerit quod Deus primo creauit angelos, & postea commisit eis creationem corporali creaturæ.

AD XI. dicendum, quod Augustinus loquitur de formatione creaturarum corporali, non quantum ad primam creationem: sed quantum ad formationem.

AD XII. dicendum, quod omnia sunt simul creata in forma & materia, creatura spiritualis dicitur habuisse cognitionem creaturæ corporalis fienda, non quia eius formatio esset tempore futura: sed quia cognoscebatur ut futura, prout considerabatur in sua causa, in qua erat ex ea posset procedere: sicut qui cognoscit arcam in principijs ex quibus fit, potest dici eam cognoscere ut fiendam.

AD XIII. dicendum, quod dicere Dei intelligi de aeterna verbi Dei generatione, in quo ab aeterno fuit ratio omni creaturæ condedari. Nec tamen id frequenter repetitur in singulari operibus, dixit Deus, quasi temporaliter dixerit: sed quia licet verbum in se sit vnum, tamen in eo est propria ratio singulari creaturarum. Sic ergo singulari operibus permittitur Dei verbum sicut propria ratio operis fiendi: ne factio opere necessesse sit querere quare tale opus sit factum, cum ante operis conditionem sit dictum: dixit Deus. Sicut cum aliquis volens assignare alicui rei causam, incipit a causa cognitione.

AD XIV. dicendum, quod esse rerum in verbo est causa esse rerum in propria natura: Sed esse rerum in cognitione angelica non est causa esse rerum in propria natura, & ideo non est simile.

AD XV. dicendum, quod res in finem ordinatur per suam operationem. Non autem producit in esse per suam operationem, sed solum per operationem causæ agentis. Vnde magis est conueniens quod creaturæ superiores cooperentur Deo in reducendo creaturas inferiores in finem, quæ in earum productionem.

Ad

Ad xvi. dicendum, quod licet creatura corporales & spirituales sint disparatae secundum proprias naturas, tamen sunt connexae secundum ordinem vniuersi: & ideo oportuit quod simul crearentur.

Ad xvii. dicendum, quod illa auctoritas Eccl. fm Aug. intelligit de sapientia creata, quae est in natura angelica, quae tamen ipsum non prius creata est tempore, sed dignitate. Secundum vero Hila. in lib. de synodis intelligitur de sapientia increata, quae est filius Dei: quod quidem simul deum & creatam & genitam, ut patet Prou. 8. & in diuersis scripturae locis, ut ois imperfectio a natiuitate filij Dei excludatur. In creatione enim attenditur imperfectio ex parte creati, in quantum de nihilo in esse educitur: sed perfectio ex parte creatis qui abique sui immutatione creaturas producit. In natiuitate vero est e contrario, quia importatur perfectio ex parte nati in quantum accipit naturam generantis: sed imperfectio ex parte generantis fm modum inferioris generationis, in quantum generat cum sui immutatione, vel diuisione suae substantiae. Et ideo simul filius Dei & creatus & genitus dicitur, ut per creationem excludatur generantis mutatio, & ex natiuitate geniti imperfectio, & ex utroque unus intellectus constituitur perfectus.

Ad xviii. dicendum, quod Hila. loquitur secundum opinionem antiquorum Doctorum.

Ad xix. dicendum, quod Deus est causa naturae angelicae, non autem natura angelica causa est naturae corporalis, & ideo non est simile.

Ad xx. dicendum, quod angeli dicuntur semper fuisse, non quia ab aeterno fuerunt: sed quia omni tempore fuerunt, quia quando cumque fuit tempus, fuerunt angeli. Et per hunc etiam modum creaturae corporales semper fuerunt.

Ad xxi. dicendum, quod motor non de necessitate praecedat tempore mobile, sed dignitate: sicut patet in anima & corpore.

Ad xxi. dicendum, quod in actione ignis in corpora, duplex ordo est considerandus, scilicet situs & temporis. Ordo situs est in omni actione: eo quod ois actio eius est situs, & in corpora sibi magis propinqua plenius suam actionem exercet. Vnde ulterius procedendo intantum debilitatur eius effectus, quod tandem totaliter deficit. Ordo autem temporis non attenditur in omni eius actione, sed solum in illa qua agit per motum. Vnde cum ignis illuminet & calefaciat corpora, in calefactione seruetur ordo situs & temporis: sed in illuminatione quae non est motus sed terminus motus, attenditur solum ordo situs. Quia ergo actio Dei quantum ad creationem est abique motu, non attenditur similitudo quantum ad ordinem temporis, sed solum quantum ad ordinem situs. Idem enim est in actione spirituali diuersus gradus naturae, quod in actione corporali diuersus situs. Quantum ergo ad hoc attenditur similitudo Dionysij, quod sicut ignis in corpora sibi vicina plenius suam virtutem effundit: ita Deus rebus sibi propinquis gradibus dignitatis, copiosius suam bonitatem distribuit.

ARTICVLVS XIX.

Utrum poterint esse angeli ante mundum uisibilem.

DECIMONO nono quaeritur utrum poterint esse angeli ante mundum uisibilem. Et utrum non. Quaecumque enim ita se habent, quod duo ex ipsis non possunt esse in uno loco distincta, requirunt loci diuersitatem: sed duo angeli non possunt esse in eodem loco, ut coiter dicitur. ergo non potest intellegi, quod essent duo angeli distincti, nisi sint duo

loca distincta. Sed ante creaturam uisibilem non fuit locus, cum locus secundum Philo. 4. Physic. non sit nisi ultimum corporis continentis. ergo ante mundum uisibilem angeli esse non poterunt.

Lib. 4. co. 35. tom. 2.

¶ 2. Praet. Productio creaturae corporalis, angelis nihil de eorum uirtute naturali ademit. Si ergo non factio mundo uisibili angeli absque loco esse potuerunt, etiam nunc mundo uisibili factio absque loco esse possent: quod uideretur esse falsum, quia si non essent in loco, nunquam essent, & sic uiderentur non esse. ¶ 3. Praet. Boe. dicit, quod omnis spiritus creatus corpore indiget. Sed angelus est spiritus creatus. ergo indiget corpore, & ita ante creaturam corporalem esse non potuit. Sed diceretur, quod indiget corpore non quantum ad esse, sed quantum ad ministerium.

¶ 4. Sed contra, ministerium angelorum exercetur ubi nos sumus, sicut in hoc mundo. Sed angeli habent locum corporalem extra habitationem nostram: scilicet caelum empyreum. ergo non solum indigent corpore in loco corporali propter ministerium nostrum.

¶ 5. Praet. Impossibile est imaginari prius & posterius sine tempore. Sed si angeli fuissent ante mundum, prius fuisset principium quo angeli esse ceperunt, quam principium quo mundus uisibilis esse cepit. ergo tempus incepisset ante mundum uisibilem: quod est impossibile, cum tempus sequatur ad motum, & motus ad mobile. ergo impossibile est, quod angeli fuerint ante mundum.

C SED CONTRA. Illud quod in creaturis contradictionem non implicat, est Deo possibile: sed angelos esse, creatura uisibili existente, nullam contradictionem implicat. ergo non fuit Deo impossibile producere angelos ante mundum.

RESPON. Dicendum, quod sicut Boe. dicit in libro de Tri. quod in Deis non oportet ad imaginationem deduci, & similiter nec in corporalibus. ois. quia cum imaginatio sit sequela sensus, ut per Philo. patet in lib. de anima, imaginatio non potest extendi ultra quantitate, quod est qualitatum sensibilibus subiectum. Hoc autem quidam non attendentes, nec imaginationem transcedere ualentes, non poterunt aliquid intelligere nisi per modum rei actualis. Et propter hoc quidam antiqui dixerunt, quod illud quod non est in loco, non est, ut in 4. Physic. dicitur.

lib. 2. com. 104. 10. 1.

lib. 4. com. 54. 10. 2.

D Et ex simili errore quidam moderni dixerunt, quod angeli absque creatura corporali esse non possunt, intelligentes angelos tanquam ea, quae imaginauerunt situatim distincta, quod quidem iudicat sententiam antiquorum, qui angelos ante mundum fuisse posuerunt: praedicitur et dignitati angelicae naturae quae cum naturaliter sit prior quam creatura corporalis, nullo modo a creatura corporali dependet. Et ideo simpliciter dicimus, quod angeli esse poterunt ante mundum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod duos angelos esse in uno loco indiuisibili non impedit eorum distinctio, sed operationum confusio. unde ratio non sequitur.

AD SECUNDUM dicendum, quod etiam nunc nihil prohibet angelos non esse in loco si uoluerint, etiam semper sint in loco propter ordinem quo creatura spiritualis praesidet corporali fm Aug. 3. de Tr.

li. 3. co. 20. 3.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut ipse Boe. exponit, angeli indigent corpore solum quantum ad ministerium, non quantum ad naturae complementum.

AD QUARTUM dicendum, quod angeli sunt in caelo empyreo, ut in loco qui est contemplationi congruus: non tamen de necessitate contemplationis.

AD QUINTUM dicendum, quod illa prioritas & posterioritas non cogit nos ponere ante mundum tempus reale: sed solum tempus imaginarium. ut in q. de aeternitate, uel creatione mundi dictum est.

artic. 17. huius q.

Quaest. dist. S. Thomae. E 3. QVAE-